ac earum prosequones faciendo, ac praemissa omnia pro illius Amplius vel Replicatio evasionibus, suspensionibus, Fatalis Juris Inscriptione, Terminis, bello Convictionesque alysque omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo Hac Inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Gg. Sicinskich Advitalitas

Comparentes personaliter coram Officio hoc prolunc Generosus Albertus Agrimiendus Brzezinskij in locum infrascripti Generosi Notarij loci praesentis Subdelegatus munus hoc Subdelegatomini in se et bona sua libere assumens Praesedebat, et Actis praesentis Castren Capitan Premislien. Generosus Stanislaus de Sitno Sicinskij Notarius loci ab una, atque Marianna a Zmigrod primi nuptis Generosi olim Georgij de Niedzielsko Madalinski secundi vero praedicti Generosi Notarij Consors parte ab altera, Maritusque ipsius solus per se Consors vero cum eiusdem Mariti sui et Tutoris Coniugalis personali assistentia, et Ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Dicasteriis Juribus Jurisdictionibusque aliis quibusuis propriis et competentibus mutuo, Praesentis Jurisdictioni Castren Capitan Premislien. quo ad Actum hunc attinet, sesepum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac personaliter Recognouerunt et quilibet ipsorum eorum suo pro Interesse ligat. Quia ijsi sibi mutuo et invicem una Pars alteri, Advitalitatem generaliter bonorum suorum haereditarum et obligatorum Mobilium et immobilium Summarumque quarumuis pecuniarum Nec non auri argenti Clenodiorum vestimentorum vestium, sani

Cuspi

Capi Prichali dns, Pecorum Pecudum Equirum ac totius supelle-
ctilis domesticae nunc habitae et in post habendae, mutuam Advitali-
tatem et Usumfructum ad extremum duntaxat vitae suae tempora in-
scripserunt et concesserunt, prout quidem inscribit et concedunt
tibi solt, Quod si prius Generosum Generosum Skinski Vita:
num loci, quam ipsam Generosam Skinska Consortem de hac luce
decedere contigerit, ex tunc suprascripta Generosa Skinska Con:
sors, bona generaliter omnia morte Generosi Mariti derelin-
quenda cum omnibus eorundem Utilitatibus et Usufructibus
attinentiisque et pertinentiis quibus universis tenebit habebit, et possi-
debit, illisque quiete et pacifice, ad extrema vitae suae tempora
Perfruetur, Post mortem vero eiusdem Consortis bona eadem supra:
scripta praefati Mariti proxima, ad Successores eiusdem Mariti sine
quavis Contradictione Successorum eiusdem Consortis pleno iure de:
volventur, Similiter quoque si prius Generosam Generosam Con
sortem quam ipsum Maritum Mori evenerit, ex tunc suprascriptus
Maritus bona generaliter omnia morte Generosae Consortis derelinquenda
cum universis eorundem Commodis et emolumentis, tenebit, habebit
et possidebit. illisque quousque vixerit quiete perfruetur
Post Mortem vero eiusdem Mariti, bona eadem suprascripta Consortis
proxima ad Successores eiusdem Consortis absque quavis Contradictione
Successorum Generosi Mariti plenarie devolvi debebunt. Hac
Inscriptione ad Commissionem Mediante.

Ustrzicki Brzezinskiei debet.

Comparens personaliter coram officio et Generoso Bonifacio Zurowski
in locum infrascripto Generoso Vicecapitaneo loci ipsius Subdelegato nunc